Paulus eps servus servorum dei Venerabili fratri Epo Vigleven et dilectis filiis Jacobo Ferro Canonico ecclie Mediolanen ac Vicario venerabilis fratris
nri Archiepi Mediolanen in spiritualibus generali Salt et aplicam ben Hodie dilecto filio Josepho de Castilione Canonico Ordinario nuncupato ecclie Mediolanen Canonicatum
et prebendam dicte ecclie tunc per liberam resignationem dilecti filii Raphaelis etiam de Castilione nuper ipius ecclie Canonici Ordinarii nuncupati de illis quos tunc obtinebat per certum procuratorem
suum ad id ab eo specialiter constitutum in manibus nris sponte factam et per nos admissam apud sedem aplicam vacantes et antea dispositioni aplice reservatos cum plenitudine iuris ca
nonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis aplica auctte contulimus et de illis etiam providimus prout in nris inde confectis lris plenius continetur Quocirca discretioni vre per
aplica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vrm si et postquam dicte lre vobis presentate fuerint per vos vel alium seu alios eundem Josephum vel procuratorem suum
eius nomine in corporalem possessionem Canonicatus et prebende iuriumque et pertinentiarum predictorum inducatis auctte nra et defendatis inductum amoto exinde quolibet detento
tore facientes Josephum vel pro eo procuratorem predictum ad p[illegible]ioni in dicta ecclia in Canonicum recipi et in fratrem Stallo sibi in Choro et loco in Caplo ipius ecclie
cum dicti iuris plenitudine assignatis sibique de ipsorum Canonicatus et prebende fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi Contradic
tores auctte nra appellatione postposita compescendo Non obstantibus omnibus que in eisdem lris voluimus non obstare Seu si Venerabili fratri nro Archiepo et dilectis filiis
Caplo Mediolanen vel quibusvis aliis coiter vel divisim a dicta sit sede indultum qd interdici suspendi vel excoicari non possint per lras aplicas non facientes plenam et expres
sam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentione Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimo quadragesimo secundo
Quartodecimo Kl Marcii Pontificatus nri Anno Nono

A

fib.

XX

L. Sauli

L. de Torres

B. Lomellinus

Ac. Maximus

G. de Reyna

1542 16/II

Morbio 25 (60)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1867449706-18/fragment/page=0002